

precipias et universorum ab <eis>^c officialium tuorum moles<ta-
ti>ones seu exactiones firm<a> repromissione prohibeas. Q<uod>^d
videlicet modo si irrefragabiliter te executurum sponderis, quod ego
quoque sum pollicitus, protinus optinebis“. Promptissime^e comes uni-
versis mox eius petitionibus annuit, insuper etiam coniugem suam
testem rei huius ac mediatricem, sicut exegerat, posuit. His ita firmiter
utrimque depactis^β)

β) *folgt teils durchgestrichen, teils durch Umrandung getilgt*: retulit
abbas comiti omnia, quę de sancto hoc viro in dialogis beati Grego-
rii⁹⁶ legerat, quod viderat, quod certo certius noverat, „In monte“
inquiens „qui hodie ex vocabulo eiusdem hominis dei mons⁹⁷
sancti Mennatis a loci incolis nuncupatur

cępit^f devotus comes inhiante abbati insistere, ut sine mora quod erat
pollicitus indicaret. Tum ille „Nosti“ inquit „ecclesiam sancti Mennatis
in monte illo <qui> usque hodie ex vocabulo eius<dem>^g v<iri>
dei mons sancti Mennatis a loci incolis nuncupatur et vill<ę>, quę
Vitulana⁹⁸ dicitur, imminet?“ Ait comes „O<p>time equidem“. Et
abbas „<I>n eodem“ inquit „monte^h referente beato papa Gregorio
idem vir dei vitam solitariam duxit, ubi etiam post felicem sui transitus
cursum a fidelibus est sepultus, parva admodum super eius memoriam
ecclesiola fabricata, quę hactenus licet semiruta durat; cuius procul
dubio sanctum corpus usque hodie in eadem ecclesia requiescit, sicut
hoc et a cõgis nostris et a nostris etiam maioribus frequenter audivi-
mus affirmariⁱ. Hoc^j igitur si tibi dominus dignat<us> fuerit revelare,

c) V, eo de Gaiffier.

d) siehe oben Var. b.

e) korr. aus Promptissime.

f) cępit – monte (siehe unten Var. h) erst zwischen den Zeilen, dann am Rand hinzu-
gefügt.

g) über der Z. hinzugefügt.

h) siehe oben Var. f; es folgt das

Anschlußwort re<ferente>.

i) es folgt der Abschnitt Namque – provenire, der
später weiter unten eingeordnet worden ist (siehe unten Tr. I c. 6 Var. j), davor das
zugehörige Verweiszeichen (nach unten gerichteter Pfeil) und davor ganz am linken
Rand ein d mit durchstrichener Oberlänge (das vielleicht auf den nur in V erhaltenen
Passus quod frequentia – asseverabat verweist, siehe unten Tr. I c. 6, S. 467).

j) Hoc – transferre (siehe unten Var. o) am Rand hinzugefügt.

96) Gregorius Magnus, Dialogi III 26,1-6 (wie Anm. 1).

97) Monte Taburno.

98) Vitulano (prov. Benevento).